



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam
Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici,
Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,||
Grammaticæ || ...**

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

In Verbo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70031)

H I C C I N E ?

N. Hiccine? haccine? hoccine?

G. Hujusne?

D. Hujusne?

Ac. Huncine? hancine? hoccine?

Ab. Hoccine? haccine? hoccine?

Pluraliter.

N. Hine? hane? haccine?

G. Horumne? harumne? horumne?

D. Hine?

Ac. Hosne, & hoscine? hasne & hascinè? haccine?

Ab. Hine?

I N V E R B O .

[O R I G I N A T I O V E R B I .]

Quotuplex est Verbum Derivatam?

Nominale, quod à Nomine

Verbale, quod à Verbo

Adverbiale, quod ab Adverbio

Præpositionale, quod à præpositione

} derivatur.

Quotuplex est Verbale?

Quadruplex.

1. Inchoativum, quod significat inchoationem aut incrementum. Ac desinit in S C O .
2. Frequentativum, quod significat assiduitatem aut conatum. Ac desinit in S O , T O , X O .
3. Meditativum, quod significat voluntatem & appetitum. Ac desinit in U R I O .
4. Deminutivum, quod deminutionem sui primitivi significat. Ac desinit in L L O , I C O .

¶ Inchoativa unde formantur?

A Presentis persona secunda, addendo C O . [ut, sordes, sordesco.]

Quædam etiam à Nomine derivantur, ut gravesco, repuerasco.

Suntque 3. Conjugationis omnia.

[Inchoativa quæ à Verbo derivantur, retinent Perfectum sui primitivi. Sed quæ à Nomine, carent Perfecto.]

H

¶ Fre-

¶ *Frequentativa unde formantur?*

Vel à *Presenti prima Conjugationis*, mutando *O* in *īco*.

[*ut, clamo, clamito.*]

Vel à *Supino posteriore*, mutando *U* in *O* aut *īco*.

[*ut, prehensio, pulso, voluto, scriptio, lectio, pinsio.*]

Suntque *1.* Conjugationis omnia.

Exceptis septem: *Viso, Incesso,*

Arcesso — ab *Arcio,*

Capesso — à *Capio*

Facecco — à *Facio*

Lacesso — à *Lacio*

Accerso — ab *Accio*

} *qua sunt 3. Conjugationis.*

[*Pauca quadam formantur à Presenti tertia Conjugationis in G O, ut ago, agito, cogo, cogito.*]

¶ *Meditativa unde formantur?*

À *Supino*, mutando *U* in *ūrio*. [*ut: esu, esūrio.*]

Suntque *4.* Conjugationis omnia.

[*Quae in ūrio desinunt, non sunt Meditativa.*]

¶ *Deminutiva unde formantur?*

À *Presenti*, mutando *O* aut *E O* in *illo* aut *īco*.

[*ut: canto, cantillo; sorbeo, sorbillo; albeo, albico; vello, vellico.*]

[RESOLUTIO VERBI]

Quomodo componuntur Verba?

1. Vel cum *Nominibus*: *adifico, &c.*
2. Vel cum *Verbis*: *calefacio, &c.*
3. Vel cum *Adverbiis*: *benedico, &c.*
4. Vel cum *Præpositionibus*: *Quae quidem omnium sunt frequentissima; adeoq; innumera.*

Observationes.

De formatione quorundam Temporum.

1. *Verba in IO, tertia Conjugationis, mutant IO; in Imperativo in ē: in Imperfecto Subjunctivi, in ērem: in Infinitivo in ēre.*

2. *Simi-*

Grammaticæ Latinæ.

50

2. Similiter Verba in IOR, tertia conjugationis, mutant IOR, in Imperativo in *tre*, in Imperfecto Subjunctivi in *er*, in Infinitivo in *i*.

ut { capio cape caperem capere
 { capior capere caperer capi.

3. Perfecta Forma in OR, omnia circumscribuntur per Participium Præteritum & Verbum SUM.

¶ Eâq; sunt utrobq; flexibilia.

4. Futurum Infinitivi Passivi fit à Supino priore, addito *iri*; & est inflexibile prorsus.

5. Perfecta sæpe in medio amittunt literam V, aut Syllabam vi, ve.

[ut amâsti, amâstis, amârunt, petii, audi, petisti, petistis.]

6. Perfecti persona pluralis in RUNT, admittit etiam aliam terminationem in RE.

[ut, amaverunt vel amavêre.]

7. Personæ in R IS Formæ in OR, admittunt etiam terminationem in RE. [ut, amâvis vel amâre, monêris vel monêre, lêgeris vel legere, amabâris vel amabâre, &c.]

8. Deponentia multa, habent sua Gerundia & Supina, ex inusitatâ Formâ in O.

9. In quatuor Verbis detruncatur Imperativus, id est, amputatur ultima litera E.

{ Facio — Fac.
 { Fero — Fer
 { Dico — Dic
 { Duce — Duc

Observationes de Modis.

I. Modus Indirectus pro vario usu, varias appellationes fortitur.

1. Si cum particulis, vocatur Subjunctivus; cuius natura in Constructione est exposita.

2. Si verò per se absq; particulis inflexibilibus ponitur, appellatur Potentialis, vel Concessivus.

II. In Potentiali & Concessivo, etiam alia est ratio Temporum.

POTENTIALIS.

Præsens — Amem
Imperf. — Amarem
Perf. — Amaverim
Plusq. — Amavissim

CONCESSIVUS.

Præsens — Amem
Imperf. caret.
Perf. — Amaverim
Plusquamper. — Amavissim

H 2

Fatur.

Futur. I. — Amaturus sim

II. — Amaverim

III. — Amavero

Præterito Futur. — Amavero.

Futurum

&

Præterito-Futur.

} Amavero.

[Nota, Subjunctivum cum particulis optandi, utinam, d. si, speciatim vulgò appellari Optativum; idq. ideo, quia tum similiter alia ratio est Temporum, ut videre est in Constructione. Verùm præstat, hanc specialem anomaliam uni Observationi includere, quàm novum Modum ex ea extruere.]

IRREGULARIA.

Quotuplicia sunt Verba Irregularia?

Triplicia:

Defectiva

Variantia.

Redundantia.

I. DEFECTIVA.

Quot sunt Verba Defectiva?

Quindecim Peculiaris; & Imperfonalia omnia.

1. Memini
 2. Odi
 3. Cœpi
 4. Ajo
 5. Inquam
 6. Quaeso, Pl. quaesumus.
 7. Salve, Salvero, Pl. Salvetè. Futur. salvebis. Inf. salvere.
 8. Age, eodem modo.
 9. Age, Pl. agite: Apage, Pl. apagite.
 10. Cedo, Pl. cedite.
 11. Infit (id est, incipit.)
 12. Desit, (deest) desiet, desiat, desieri.
 13. Faxo, (faciam) faxis, faxit, faxunt. Faxim, faxis, faxit, Pl. imus, itis, int.
 14. Forem, fores, foret; emus, etis, ent, Infim. Fore.
 15. Ausim, ausis, ausit: ausimus, ausitis, ausint.
- ¶ Desicit etiam For, prima persona, Et Dor; in Indicativo & Subjunctivo.
Et Sci à Scio, in Imperativo non dicitur;
Sed Scias, in Subjunctivo.

Imper-